

# De fide.

13

mutus locutus fuit, Helisabeth prophetauit, adorauit magus, in vtero clausus Ioannes exultauit, vidua confessa est, & Simeon iustus expectans vidit, cognovit, adorauit, prophetauit, & consummata promissio in pace quiete. Haec sunt testimonia tua domine Iesu, quae premiūliti, inspirati que, vt mentes fideliū tuorum roboretur in fide. Fulget præterea, & ostenditur veritas Christiana fidei ex dignissimis conceptionibus, quas sentit deo. De ipius dignissima conscientia sic sentit, & loquitur dicēs. Deus vera & summa clementia, in quo, & a quo, & per quem beata sunt omnia. Deus, a quo auerti, cadere est, ad quem conuerti, refugere, in quo manere, confundere. Deus, a quo exire, mori, in quem redire, reuiuiscere, & in quo habitare, uiuere est. Deus quem nemo amittit, nisi deceptus, quem nemo querit, nisi admotus, quem nemo inuenit, nisi purgatus. Nam in se est principium & finis. In mundo sicut autor & rector, in angelis sicut sapor & decor, in Ecclesia sicut pater familiæ in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, in reprobis sicut paupor & horror. Est enim virtus inexplicabilis pietas incomprehensibilis, lapientia ineffabilis. De Christi autem admiranda incarnatione confitetur, quod Deus pater unicum filium suum in vtero virginis humanae naturæ coniungens Deum ante secula tibi coeterum, fieri voluit hominem in fine seculorum. Et quem sine tempore genuit, saluandis hominibus sub tempore ostendit. Vnde salua proprietate virtus que substantia, & in vnam coeunte personam: suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas. Et ad reparandum conditio-  
nē nostræ debitum, natura inuolabilis natura est vñita passibili. Deusque verus & verus homo in vni-  
tate persona temperatur, sicut noſtrū remedii con-  
gruebat, vt vnuſ idemque Dei & hominum media-  
tor & posſet mori ex uno, & resurgere posſet ex altero. Euidēter insuper percepitur veritas Christiana fidei propter immensas perfectiones, quas sentit de homine & deo. De homine aſſuerat, quod sit ad Dei imaginem factus iuxta illud, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem noſram. Est enim anima, quæ est potior pars hominis, substantia inu-  
ſibilis, incorporeæ, immortalis, deo simillima, habet  
imaginem creatoris sui, quæ carteris omnibus occu-  
pari potest, repleri omnino non potest. Capacitatem  
Dei, quicquid deo minus est, non impletit. Ipsius  
nanque excellētia, donec incorruptibili detinetur  
corpo, ad plenum non agnoscitur, sed quando ab  
ipso liberata fuerit, tunc reuelabitur eius gloria, ſi-  
cut scriptum est. Carissimi filii Dei sumus, & nondū  
aparuit, quid erimus, quod quā apparuerit? Simi-  
les ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicut est. De  
deo autem fides Christiana confitetur & predicit Dei  
aetatem, iudicium futurum predicando. Vnde  
Paulus ait. Nolite ante tempus iudicare, quoad uque  
veniet dominus, qui & illuminabit abſcondita tene-  
brarum, & manifestabit confilia cordiū. Tunc enim  
in extremo illo examine cum apertis oculis, mini-  
ſtrantibus angelis, cum ſedentibus Apostolis in fide  
majestatis, ac potestatis iudicari, Christus apparue-  
rit, omnes hunc electi parites & reprobi videbunt,  
vt & iusti de munere retributionis sine fine gaudeat,  
& iniusti de vltione supplicij in perpetuum gemant.

Gen. 1.

2. Cor. 4.

Prædicat Dei liberalitatem, quia filio suo proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Nam ipſe Dominus Iesu pro nobis traditur ad ſuppliū, vt nos ab aeterno liberaret exitio. Dicitur & expalmarūt qui vere est palma victoria, spinis cororūt qui peccatorum spinas venit contrinere, ligatur qui ſoluit compeditos, ligno ſuspenditur qui ergit efflos, aceto potatur fons vita, disciplina cadit, ſalſus vulnerat, vita moritur, & iuitia ſol obſcuratur, occiditque ad tempus vitæ mors, vt in per-  
petuum occideretur a vita mors. Prædicat Dei cari-  
tatem in confeſſione beneficiorum. Minuſti (inquit  
Daud) eum paulominus ab angelis gloria & honore  
coronaſti eum, & conſtituisti eum ſuper opera ma-  
nuum tuarum. Insuper & angelos ipſos Domine in  
ministerium tradidisti homini. Que cuncta ſingula-  
rem erga illum tuam eſſe indicant caritatem. Con-  
tentur Dei pietatem in receptione penitentiū pec-  
catorum. Quotiescumque (aut ſcriptura) ingemuerit  
peccator, non recordabor amplius iniquitatū ſua-  
rum. Conſidera ergo homo peccator, qui expeccat  
ad agendum penitentiam, donum diuinæ pietatis.  
Vide ne ſis ingratus. Hodiernam enim habes  
diem, in qua corrigeris. Heri malus fuisti, hodie bo-  
nus es. Cogita diligenter, quām multi modo mori-  
riuntur, quibus ſi una hora ad agendum penitentia-  
tis, qui tibi conceſſa eſt, tribueretur, quam feltinante  
ad Eccleſiam curerent, & ibi flexis genibus vel tota  
proſtrato corpore tandem ſuppirarent, plorarent, &  
orarent, donec peccatorum ſuorum veniam confe-  
qui mererentur. Tu vero comedendo, bibendo, tocá-  
do, ridendo, & ocioſe viuendo tempus perdiſis, quod  
tibi deus indulxit ad acquirendam gratiam, & gloriam  
promerendam. Si Dei pietas & patiētia non temul-  
cere potest, terraque faltem laquei mortis, timor  
iudicij, metus gehennæ, & quod anima in inferno  
cruciantur ſine ſpe misericordia. Conuerti quoque  
potest veritas Christiana fidei ex hoc, quod debellat  
infideles. Et hoc habet ex Dei promiſione, ex forti  
vigoratione, ex antiqua affluſatione, & ex prolata  
condemnatione. Et ut concludatur breuiter, nullæ  
maiores diuitiae, nulli theſauri, nulli honores, nulla  
mundi huius maior est ſubſtantia, quam fides Chris-  
tiana & catholica, quæ peccatores homines ſaluat,  
cæco illuminat, infirmos curat, cathecumenos ba-  
ptizat, fideles iuſtificat, penitentes reparat, iuſtos  
augmentat, martyres coronat, virgines, viudas & cō-  
ingales caſto pudore conſeruat, clericos ordinat, fa-  
cerdotes conſeruat, & in hereditatem aeternam cum  
fanciis feliciter collocait.

Quæ ſunt neceſſaria ad hoc, ut fides ſit perfecta, que  
ſunt ſep̄tem, & de felicitate beatæ vita ſub com-  
pendio. C A P . VII.

Venadmodum ex preciolorum varia-  
te lapidum regia decoratur & perficitur  
corona, ſic ex diuerſitate actuum atque  
virtutum fidei perfectio veniſtatur & co-  
gnoscitur. Scindum eſt, quod ſep̄te ſunt, quæ per-  
tinent ad perfectionem fidei. Primum quod ſit prima  
veritati innixa, ſicut fides Moſis, qui ſe negauit filium  
filia Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo Dei,  
quam temporalis peccati habere iucunditatem, ma-  
iores diuitias exibimans theſauro Aegyptiorum im-  
properium Christi. Aspiciebat enim in remunera-  
tionem.

Laur. Iuſtin. b